



QVA RATIONE VIPERÆ


*caro omnes morbos venenatos cur-
ret; & primum eos ab in-
temperie.*


CAP. XX.



A C una ratione partes nostrū corpus constituentes, vel similes esse probabimus, quarum actio quoque erit similis, & quando læditur, morbus pariter vocatur similis; vel partes omninò dissimiles esse, aut instrumentarias, ex quarum actionibus læsis, morbi fiunt, & demonstrantur instrumentarii; sed si ex utriusque simul junctis actio læderetur, tertium morborum genus mixtum oriretur, & continui solutio vocabitur. Cum igitur neque plures, neque pauciores in humano corpore vigeant actiones, necessario sequitur, nullum

MASCULI *Pag 84*
EXPLICATIO.
TAB. III.





nullum aliud morbi genus advenire
 posse. In aliquo itaque genere horum
 trium, vel in his ipsis reponendi sunt
 venenati morbi; Sed quidem perpetuum
 esse, in venenis omnibus, ut cor-
 petant, & temperamentum ejus dis-
 solvant, propterea primo ad partes si-
 milares tantum morbos venenatos
 pertinere; & ista ratione reduci de-
 bent ad morbos malæ intemperiei;
 quandoquidem ipsa cordis temperies
 ex venenis destruitur vi venefica, ve-
 rum & ultimum ejus temperamen-
 tum, quod à Galeno nomine totius
substantiæ vocatur, quæ est quædam
 permanens dispositio, acquisita ex
 certa qualitatuum omnium primarum
 & secundarum proportione, & ita
 cordis temperamentum, & ab eo to-
 tius corporis temperies collocatur.
 Igitur morbi, qui à tota substantia, aut
 ab innominata qualitate fiunt, in se-
 cundo partium similiarium genere
 reponuntur, Galeno auctore lib.
Simpl. medicamentorum 5. cap. 17.

Primos igitur familiarium morbos, ab
 evidentibus qualitatibus contrarios
 notat; secundos verò è qualitatibus
 innominatis, seu à tota substantia fie-
 ri, suisque tolli contrariis voluit; O-
 pium igitur & euphorbium, tapsiam,
 & huiusmodi, non pura qualitate tan-
 tum, sed ab ipsa etiam substantia ho-
 rum nos afficere. Conclusio igitur e-
 rit vera, quòd morbi à tota substantia,
 seu innominatæ qualitatis, aut vene-
 nati, ad familiarium partium morbos
 reducantur, quibus remedia sola ex-
 perientia non ratione adinventata, ut
 quæ methodo non comprobantur,
 Galenus statuit Meth. lib. 6. coment.
 6. Popularium lib. 12. & 13. Meth. &
 lib. 5. Simpl. cap. 17. & 19. quoniam
 methodo adinveniri non possunt, sed
 jam cognitæ, benè methodo confir-
 mari; Sed mala ista intemperies, sive
 innominata qualitas, tollitur à rebus
 occurrentibus à tota substantia. Sed
 quoniam diximus carnem Viperæ oc-
 currere omnibus venenis, præcipuè
 viru-

virulentorum omnium, antequam ad
cor prorepant, carne ipsa sola, aut as-
sa, aut elixa, aut cum ptisana, aut cum
aqua vitæ, vel vino, vel Theriaca, &
quando morbus requirat, cum aqua
rosata, utpotè in febribus mali moris,
in peste, & in febre pestifera cum sy-
rupo ex toto citro, vel refrangatur
cum acido citri, vel oxalidum, vel de-
cocto ex soncho, & pimpinella, ace-
tosa, & appiis malis cum punctis ru-
beis, & sic in intemperaturis veneno-
sisque morbis in partibus similaribus
occurremus.

DE MORBIS INSTRU-
mentariis venenosis, & eorum cura-
tione, externis & internis
remediis.

CAP. XXI.



Instrumentarii morbi, qui
à materia venenata fit, vel
forma, vel figura, vel nu-
merus, vel situs partium le-
ditur,